



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

IV. De poenitentia adulteris, incestis, &c. imponenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

560 LEO P. IX. C O N C I L I V M H E N R I C V S III. I M P.
F E R D I N A N D V S I. R. C A S T E L L A.

fit significata. Altare sit honeste indutum, & de-
super lineum indumentum mundum. Subtus cali-
cem, & desuper corporale lineum mundum & in-
tegrum.

ANNO
CHRISTI
1550.

Presbyteri vero & diacones, qui ministerio fun-
guntur ecclesiæ, arma belli non deferant, semper
coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres
secum in domo non habeant, nisi matrem & soro-
rem, aut amitam, aut nouercam. Vestimentum
vnius coloris, & competens habeant. Intra etiam
* dextros ecclesiæ laici vxorati non habitent, nec
iura possideant. Doceant autem clerici filios ecclæ-
siæ, & infantes, vt symbolum & orationem do-
minicam memoriter teneant. Si quis autem laicus
huius nostræ institutionis violator extiterit, ana-
thema sit: presbyter vero & diaconus, si huius
iussionis destructor extiterit, sexaginta solidos epi-
scopo persoluat, & gradu ecclesiastico caret.

I V.

Quarto vero titulo statuimus, vt omnes archi-
diaconi & presbyteri, sicut sacri Canones præ-
cipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, in-
cestuosos, sanguine mixtos, fures, homicidas, ma-
leficos, & qui cum animalibus se inquinant; & si
pœnitere noluerint, separentur ab ecclesia & a
communione.

V.

Quinto autem titulo decreuimus, vt archidia-
coni tales clericos constitutis quatuor temporibus
ad ordines ducant, qui perfecte totum psalterium,
hymnos, & cantica, epistolas, euangelia, & ora-
tiones